

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 14. Parisiensis Facultatis Theologicæ motus contra factæ acceptationis
decretum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

tographum postea ex Cleri Archivo fuit Sæc. XVIII.
 sublatum, & nonnisi evolutis septem A. C. 1715.
 annis Abbatii Brancasio Cleri Procura-
 tori restitutum: Uterque tamen infa-
 mis liber hoc adhuc anno a Parisiensi
 & Divionensi Parlamentis pariter fuit
 proscriptus, & ipse met Basnagius Cal-
 vinista fatebatur, quod liber *de veritatis*
testimonia saltem in sui principio hære-
 ticus sit.

§. XIV.

*Parisiensis Facultatis Theologicæ mo-
 tus contra factæ Acceptationis
 decretum.*

Haud satis mirari possumus, quod *Tem. de*
 quamvis uterque perniciousus hic *l' Univ. t. I.*
 liber ubique atro stigmate notaretur, *p. 212. 222.*
 ex Sorbonæ tamen Doctoribus nonnulli
 invenirentur, qui non modo spurii hu-
 jus partus patrocinium in se susciperent, *Exapl.*
 sed etiam ipsam Pontificis Constitutio- *Praef. p. 73.*
 nem appellare non erubescerent, *mon. p. 222. 1715.*
struofsum decretum nil nisi morum laxita- *&c. Acta*
tem atque infidelitatem inspirans, scriptum *& decret.*
execrandum, & inferni portam, quæ nun- *S. Facult.*
quam prævalebit contra Ecclesiam. Nec
 his contenti eorum non pauci, in ipsa
 Matris suæ viscera grassari cœperunt;
 in ipsam enim S. Facultatem tam in-
 jurioli atque in Regiam Majestatem

F 2 adeo

Sæc. XVIII adeo iniqui erant, ut decretum illud,
A. C. 1715 quo Constitutionem *Unigenitus* unanimi-

Facultatis consensu die quinta Martii
acceptarunt, Regi oblatum, confirmatum,
ac cum Facultatis elogio a Regi
acceptum, nihilominus falsum, & spuriū
esse propugnarent: Obtendebant
quidem falsum esse, quod Facultas suo
decreto hanc Constitutionem accepta-
rit; secus enim, ajebant illi, Facultas
religionem contaminasset, Episcopo-
rum jura violasset, Hierarchiam &
sacratas Ecclesiæ Gallicanæ libertates
& ipsa etiam Regni jura evertisset. Hi
quidem erant suæ pervicaciæ obtentus
reapſe autem ipsam Constitutionem
omnemque ejus memoriam ex Docto-
rum cordibus funditus delere niteban-
tur: cum vero ipsum Facultatis decre-
tum non esse verum, afferere non po-
tent, quin Regiæ Majestati proterve il-
luisſe, eique falsum pro vero decreto
obtrusisse arguerentur, hinc ingeniosi
fraudum Architecti ad aliud, miseran-
dum prorsus effugium recurrebant, al-
ferentes, Facultatem duntaxat decre-
visse, ut hæc Constitutio ad Facultatis
acta referretur, non autem ut eam ac-
ceptaret, proin illa in S. Facultate
vim legis non obtineret: quamvis hu-
jus obtentus indignitas manibus palpa-
retur, ac omnibus esset persuasissimum,

non

illud,
animi
Martii
firma
Regi
& spu
debant
cas suo
cepta
cultas
scopo
m &
rtates
et. H
entus
onem
Docto
ceban
decre
n po
rve il
creto
geniof
seran
t, al
decre
ultatis
m ac
ultate
is hu
alpa
mum,
non

non alio ex fine Constitutionis inscri-
ptionem a Facultate fuisse decretam,
nisi ad acceptandam observandamque
eandem Constitutionem, aliunde vero
Rex non modo inscriptionem, sed juxta
hujus Constitutionis, quam robur ha-
bere voluit, doctrinam in Sorbona do-
ceri præcepisset, nihilominus inquieti
Doctores hac super cavillatione sua
deliberari, a Facultate petierunt.

Sæc. XVIII.
A. C. 1715.

§. XV.

Novi motus in Sorbona argu- mentum.

Sub idem tempus de la Rue Sorbonæ Doctor ac Syndicus, expleto Syndicatus sui biennio die prima Octobris officii sui Successorem eligi, sibique pro more literas bene gestorum testes tradi petiit, cui etiam prævalentibus turbidorum suffragiis suffectus est Hyacinthus Ravechetus: Hic vero non modo hasce literas Syndico denegabat, sed etiam duodecim designabat censores, qui in Syndici gesta inquirerent, & primo die Mensis Novembris desuper referrent. Obstiterant ex Doctoribus nonnulli, atque inter eos Vivantius Doctor palam ceteris objectabat, quod non tam Syndicum, quam Constitutionis acceptationem a Facultate fa-

F 3

ctam